

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Qvod Ivdaeи Messiam, Qvi uenit, ceu uenturum, temere  
expectent**

**Samuel <Marochitanus>**

**Argentorati**

**VD16 S 1561**

Capvt XVIII. Quomodo Gentes perfidem uiuificate habent mundas  
obseruantias nouae legis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36159**

## PARASTASIS.

Verbi dei, sicut prophetæ declarant per os Amos cap. viij.  
Etu domine, scis hoc plenius quam ego. Veruntamē Dei  
sumus in omnibus quæ accidunt nobis.

### CAPUT. XVIII.

Quomodo Gentes per fidem  
iuuificatæ habent mun=

das obseruantias

nouæ legis.

**T**imeo, domine mi, quod gentes quæ iuustificatæ sunt,  
iam sunt mille anni postquam fuit mortuus IESVS  
in Hierusalem, quia nihil boni habuerunt antequam  
crediderunt in deo & in Christo & in Apostolis, quoni=am  
ipsi forte erant illi pisces et illæ bestie de quibus loqui  
tur Abacuch Propheta que non habent ducem, & ipsæ  
gentes purificatæ per fidem habent ieiunia sua & obser=  
uatiæ suas legis nouæ, et habet cuncta illa quæ ad mūdiciā  
pertinet in lege antiqua contenta Iudeorū. Vides q. in omni  
lingua, et in omni loco in Oriente & in Occidente Gentes sunt  
confitentes in nomine domini, & nō credunt in eum per  
Moysen, nec per aliquem prophetarū, quamvis sunt studi=  
osi in lege & in libris omnium prophetarum sed Deus uoca=uit  
eos per discipulos Iusti, qui egressus est cum deo ad  
salutem eorū, sicut ipse deus benedictus & gloriosus præ=  
dixit per os Abacuch Prophetae. Et isti discipuli eius fue=runt filii nostri de filiis Israël, qui alio nomine uocantur  
Apostoli. Valde timeo, domine mi, quod isti sunt illi de qui  
bus dixit Dcūs per os David in psal. In omnē terrā exiuit

C 2 sonus

V E R I M E S S I A E

Sonus eorum, & in extremis finibus extensa uerba eoru.  
Et uerba prophetæ expreſſe demonstrant nobis quod de  
iſtis loquitur & non de nobis, cum dicit, non erit lingua,  
neq; ſermo qui non audiant uoces eorum, & hoc non po-  
tent eſſe de lingua noſtra Hebræa, que enim Gentes obedi-  
unt præceptis Moysi & Aaron, quinimmo, ipſi interfec-  
runt gentes & fugauerunt eas à ſe. Heæ autem gentes ſci-  
unt hodie Moysen & Prophetas, & cognoscunt Deum  
& feruant legem nouam ſicut Apostoli docuerunt eos.  
Attamen dei ſumus.

C A P V T X I X .  
De electione Apostolorum  
loco prophetarum.

Timeo, domine mi, quod illud quod Zacharias pro-  
pheta dixit cap. xiij. Percutiam pastorem et diſper-  
gentur oues gregis, fuit complectum quādo nos per-  
cuſimus pastorem iſtorum puerorum & sanctorū Apo-  
ſtolorum, extunc nos oues diſpersi ſumus per uniuerſum  
orbem, & iſti filii nostri, ſcilicet Apostoli, ſurrexerunt lo-  
co Prophetarum, quod appetat ex hoc quod Deus apotil-  
los non misit nobis Prophetam, nec notificauit aliquid per  
uifionem. Timeo, domine mi, quod iſti pueri ſint Apostoli  
de quibus dixit Deus per os Iohelis prophetæ ca. iij. Senes  
uestri ſomnia ſomniabunt, & pueri uestri uifiones uide-  
bunt. Certissime, domine mi, ſenes ſunt Prophetæ nostri,  
qui ſomniauerunt fidem gentium, quam cōfecuti ſunt il-  
li pueri, ſcilicet Apostoli, & uiderunt. Et de iſtis pueris  
dixit